Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Briefe - Cod. Aug. perg. 83

Paulus <Apostel, Heiliger>

[S.l.], [11. Jh.]

Capitulatio: capitula epistolae ad Romanos

urn:nbn:de:bsz:31-11851

Visual Library

non merebamini· nisi quia largi dei semper clementia· voluit vos ad eorum imitationem admittere; Gentes etiam
e contrario respondebant; Quanto maiora ergo vos beneficia dei narraveritis· tanto maioris vos criminis reos esse monstra-
bitis; semper enim his omnibus extitistis ingrati; Nam ipsis pedibus quibus aridum mare transistis· ludebatis ante idolum quod
fecistis; Et ipso ore· quo paulo ante ob necem adversarii ([i. pharaonis]) cantaveratis domino· simulacrum vobis fieri poposcistis; illis oculis·
quibus deum venerandum in nube· et igne conspicere solebatis ([i. simulacra intuebamini]); manna quoque apud vos fastidio ([ad]) fuit· Et semper in deserto contra
dominum murmurastis· ad egyptum unde vos manu valida eiecerat volentes reverti; Quid plura ([i. dicendas])· ita patres vestri crebra provo-
catione ([polenusso]) dominum irritaverunt· ut omnes in heremo morerentur· et non plus ex senioribus eorum· quam duo homines terram repromissionis ([i. caleph. iosue])
intrarent; Sed quid antiqua replicamus· cum haec etiam si illa minime fecissetis· hoc solo nemo vos dignos venia iudicaret· quod dominum
iesum christum prophetarum semper vocibus vobis promissum· non solum suscipere noluistis· sed etiam morte pessima peremistis; Quem nos
ut cognovimus· statim credidimus· cum nobis de eo non fuerit ([i. ante]) praedicatum; Unde probamus· quod idolis servivimus· non obsti-
nationi mentis· sed ignorantiae deputandum; Qui enim agnitum ([i. dominum]) ilico sequitur· olim utique fuisset secutus· si ante cognovisset;
([t. etiam si]) Si autem vos de generis nobilitate iactatis· quasi non morum imitatio magis quam carnalis nativitas nos faciat filios esse sanctorum; ([ad ubi affirmantis])
Denique esau et ismahel ([i. ipsi parentes]) cum ex abrahae stirpe sint· minime tamen in filios reputantur; His taliter ([i. litigan]) altercantibus apostolus
se medium interponens ([i. mediatorem])· ita partium dirimit ([diiudicat]) quaestiones ([querimonias])· ut neutrum eorum sua iustitia salutem meruisse ([benetatr]) confirmet· Ambos
vero populos et scienter et graviter deliquisse; Iudaeos· quod per praevaricationem legis deum inhonoraverint; Gentes vero·
quod cum cognitum de creatura creatorem· ut deum debuerint venerari· gloriam eius in manu facta mutaverint simulacra;
Utrosque etiam similiter veniam consecutos· aequales ([aequaliter]) esse· verissima ([t. verissima]) ratione demonstrat· Praesertim cum in eadem lege praedixerit·
et iudaeos et gentes ad fidem christi vocandos; Quam ob rem vicissim eos humilians· ad pacem et concordiam cohortatur· III MARCUM ·

Romani sunt in partibus italiae; Hi praeventi sunt a falsis apostolis· et sub nomine domini nostri iesu christi· in legem et prophetas erant inducti ([i. seducti]).
Hos revocat apostolus ad veram evangelicamque fidem· scribens eis a corintho;

CAPITULA EPISTULAE AD ROMANOS

I De nativitate domini secundum carnem·
II De fide romanorum· et paulo pro eis dominum deprecante·
III De gentibus graecis ac barbaris· et primatu iudaeorum atque graecorum·
IIII De ira dei in eos qui veritatem in iniustitia [illegible] cognitum deum deserentes [creaturae] serviunt
V De impudicitiis viris ac feminis·
VI De iniquis iudicibus· qui mala quae alios prohibuerint· ipsi committunt·
et de patientia dei ad paenitentiam revocantis· et poenis male operan-
tium· et gloria operantium bonum· et quod non prosit circumcisio transgre-
dientibus legem nec obsit praeputium gentibus naturaliter dei mandatum
colentibus et custodientibus aequitatem·
VII De iudaeo quid amplius habeat· et quid ceteris gentibus antecellat·
VIII De humana calumnia adversus iudicium dei· et dicentibus faciamus mala ut veniant bona·
VIIII De iudaeis et graecis omnibus peccato constrictis· et iustitia dei per fidem domini nostri iesu christi
X De iustificatione hominis per fidem sine operibus·
XI De gloriatione spei gloriae dei per fidem· et gloriae tribulationis·
XII De passione domini pro impiis nobis· et praevaricatione hominis peccatoris adae
XIII De morte regnante ab adam usque ad moysen et in eos qui non peccaverunt
in similitudinem praevaricationis adae et deponentis ad mortem et gra-
XIIII De differentia magnitudinis peccati adae· humani generis secundum partem
[illegible] apud se credentes omnis in se revelatis adventum [illegible] gloriam [illegible]
XV De baptizatis quod in morte domini sint baptizati [illegible] peccato [illegible]
[illegible] sed iustitiae dei [illegible] in resurrectione domini nostri iesu christi
XVI De fidelibus quod non sint sub lege sed sub gratia· et quod liberati a servi-
tute peccati· facti sint servi iustitiae dei· et [illegible] ut a lege sit liber·
XVII De homine quamdiu vivit vinculo legis astricto· et in passionibus peccati·
XVIII De disputatione carnis et carnalium operum· et spiritus ac spiritalium fructuum·
XVIIII De eis quod non carni debitores sint sed spiritui· et quod non spiritum timoris
acceperint· sed adoptionis filiorum dei·
XX De differentia passionum· et gemitus creaturae· assiduitate corruptionis liberari
cupientis· et de spe· et de spiritu sancto gemitibus qui verbis exprimi non possunt
ambrosius postulante· (proprio non pepercit)
XXI De praedestinatis conformibus filii dei XXII De deo quod pro nobis filio suo
XXIII De impossibilitate separationis hominis christiani a dilectione dei in christo iesu domino nostro· (creaturae)
XXIIII De testificatione pauli doloris et tristitiae proludens
XXV De duobus populis·
XXVI De voluntate dei· quod quem vult indurat· et cuius vult de [illegible] miseretur·
XXVII De comparatione figmenti et figuli·
XXVIII De vasis irae ac misericordiae· et gentium vocatione·
XXVIIII De esaia clamante pro populo israhel· (offensionis)
XXX De gentibus iustitiam fidei comprehendentibus· et iudaeis offendentibus in lapide (scandali)
XXXI De paulo testimonium perhibente· quod iudaei aemulationem dei habebant sed non
XXXII De iustitia legis et iustitia fidei· (iramen) et quod finis legis sit dominus christus·
XXXIII De incredulitate iudaeorum· et gentium fide·
XXXIIII De iudaeis quod non sint repulsi a deo·
XXXV De duritia iudaeorum·
XXXVI De iudaeorum delicto· cum sit salus gentibus· quanto magis erit plenitudo eorum·
XXXVII De [illegible] iudaeorum comparatione oleae [illegible] et gentes [illegible]
XXXVIII De salute omnium iudaeorum· (de elatione animi comprimenda)
XXXVIIII De impossibilitate sciendi secretorum scientiae dei·
XL De apostolo obsecrante sanctos· ut corpora sua exhibeant hostiam deo·
XLI De falsa et vera sapientia· (de diversitate donorum et dilectione);
XLII De electa et comparatione corporis atque membrorum quae in hoc capite sunt;
De odio mali et coniunctione boni; De caritate et obsequio; De sollicitu-
dine; De fervore spiritus; De domino serviendo; De spei gaudio; De patientia
tribulationis; De instantia orationis; De communicatione sanctorum
necessitatibus; De hospitalitate; De benedicendo et abstinentia mali;

Sciendu. qd apts hanc eptam. p phoeben deuotã feminã. romanis a portu corinthi q cenchris noiat. direxit.

XLIII De subiectione erga principes & potestates.
XLIIII De redditione unicuiq. omnium debitorum.
XLV De uigilantia & exercitio fidei. & sobrietate. & continentia.
XLVI De neglegentia ...
XLVII De omnib. qui sibi sed dõ aut moriuntur aut uiuunt; de passione dni & ...
XLVIII De iudicio dni quo omnes ante tribunal stabunt.
XLVIIII De eo qd nihil commune sit nisi ei q existimat ee commune ...
L De periculo tristitiae fratrem suum per esca sua ...
LI De mysterio dni ante passionem in silentio habito ...

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD ROMANOS

I Paulus seruus xpi ihu. uocatus apostolus. segregatus in euangelium di. quod ante promiserat per prophetas suos. in scripturis scis de filio suo. qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem. qui praedistinatus ē filius di in uirtute secundum spm scificationis. ex resurrectione mortuorum ihu xpi dni nri. Per quem accepimus gratiam. & apostolatum. ad oboediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. In quibus estis & uos uocati ihu xpi. omnibus qui sunt romae dilectis di. uocatis scis; Gratia uobis & pax a dõ nro. & dno ihu xpo;

II Primum quidem gratias ago dõ meo. per ihm xpm. pro omnibus uobis. quia fides ura adnuntiatur in uniuerso mundo; Testis enim mihi ē ds. cui seruio in spu meo. in euangelio filii eius. quod sine intermissione memoriam uri facio semper in orationibus meis. obsecrans. si quomodo prosperum iter habeam in uoluntate di ueniendi ad uos; Desidero enim uidere uos. ut aliquid uobis impertiar gratiae spiritalis. ad confirmandos uos. id est simul consolari in uobis. per eã quae inuicem est fidem uestram atq. meam.

III Nolo autem uos ignorare frs.

Non enim arbitror uos ignorare frs. quia saepe proposui uenire ad uos. & prohibitus sum usq. adhuc. ut aliquem fructum habeam in uobis. sicut & in ceteris gentibus; Grecis ac barbaris. sapientibus & insipientibus. debitor sum. Ita quod in me ē promptus sum. & uobis qui romae estis euangelizare. Non enim erubesco euangelium. Uirtus enim di ē in salutem omni credenti. iudeo primum & greco; Iustitia enim di in eo reuelatur ex fide in fide; Sicut scriptum est; Iustus autem ex fide uiuit.

IIII Reuelatur enim ira di de caelo. super omnẽ impietatem. & iniustitiam hominũ eorum qui ueritatem di in